


NVMMVS CASTRENSIS
 CUSUS ARCE JAMAIS A CARO-
 lo Duce Lotharingæ obsessâ: Anno
 Christi 1588.



Agro Montisbelgardico ad obsidionem arcis Ja-
 mais (quæ Bullionæqs Dominos agnoscit) se con-
 vertit Carolus, Dux Lotharingæ. Cum verò arx va-
 lidissimo præsidio munita esset, & præsidarii crebris
 excursionibus ac velitationibus obsidentes laceffe-
 rent, factum ut aliquot Lotharingorum millia in ea
 obsidione perierint. Ex quotidianis insuper tormen-
 torum explosionibus arcis mœnia ita conquassa-
 bantur, ut ex ruinis præsentissimum periculum, cū

undique ab hostibus premerentur, obsessis immineret: donec Schelan-
 draustandem arcis Præfectus se suosque non solum commeatus penuriâ
 laborare: verum etiam omni subsidio destitutum videns; arcem Marchio-
 ni Pontano Lotharingæ Ducis filio seniori circa finem mensis Julij Anni
 1589. his conditionibus tradit: ut obsessis liber cum omni supellectile,
 exceptis munitionibus discessus permetteretur. Sperabat quidem Præfec-
 tus à Navarræo Rege auxilium: cum verò is proprijs rebus distineret-
 tur, non aliò vires conferre poterat, quibus ipse in-

digeret. *Chronicon Gall. incerti*

Authoris.